



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Praxis Episcopalis**

**Piasecki, Paweł**

**Coloniae Agrippinae, 1620**

De Poenis corporalibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61608)

## ARTICVLVS XIV.

### De Pœnis Corporalibus.

- 1 Carceris poena quando infligenda Clericis.
- 2 Carceratio infert grauamen irreparabile.
- 3 Carcerans Clericum iniuste, incidit in canonem, si quo suadente.
- 4 Laici possunt carcerari per iudicem Ecclesiasticum.
- 5 Laicorum opera uti potest iudex Ecclesiasticus in captiuitate Clericorum.
- 6 Verberum poena est vsitata in Canonibus.
- 7 Tortura quando adhiberi possit.
- 8 Damnati ad trivemes quando degradantur.
- 9 Depositionis poena que sit & quando infligenda.
- 10 Degradatio quid sit & qualiter fiat.
- 11 Hæreticus degradari debet.
- 12 Celebrans non ordinatus degradari debet.
- 13 Degradatio in atrocibus delictis iudicis arbitrio infligi potest.
- 14 Exilij poena recepta in iure Canonico.
- 15 Priuari nemo debet nisi in casibus in iure expressis.
- 16 Priuatus iure an teneatur dimittere beneficium ante iudicis declarationem.
- 17 Priuatus resignare potest appellatione pendente.
- 18 Non residens in beneficio quomodo priuari possit.
- 19 Pœnam in contractu appositam Clerici petere non possunt.
- 20 Purgatio Canonica quando iudici possit.
- 21 Purgatio Canonica vix est in vsu.
- 22 Iuramentum litis decisorium quomodo deferendum.
- 23 Pœna contra blasphemos.

**C**ORPORALES poenæ sunt. Carceris perpetui: & hæc poena non debet infligi Clericis nisi in casibus à iure expressis. *cap. penult. & ult. de hæret.* & non nisi in casibus in quibus de iure ciuili esset imponenda poena mortis, eaque non simplex, sed cum aliqua qualitate atroci, vt ignis membrorum lacerationis. *Diaz in pract. cit. in cap. 129.* Et in tali poena prouidendum est de carcere cõpetenti, & ne ex defectu necessariorum carceratus moriatur; sequuta enim morte quam arctitudo carceris, seu defectus cibi causaret, non excusaretur Iudex incarcerans ab irregu-

laritate. *Abb. in cap. à nobis. de Apostat. Card. in Clem. 1. q. 7. de pœnit.*

Carcerari autem potest Clericus non tantum in poenam, sed etiam causa custodiæ si sit suspectus de fuga. *cap. dilectus. de appell. cap. si Clericos. de sent. excom. in 6.* Carcer tamen tum non debet esse corporis afflictius: & cauendum ne carceratio passim fiat, nec leui de causa, sed habita prius informatione & indicij de suspitione fugæ, cum carceratio ipsa infamet & generet præiudicium irreparabile. vt notat *Felin. in cap. cum super de re. iud. num. 17. Iason. in l. si se non obtulit. §. condemnatum. ff. de re. iud.*

3. iud. quin & sola accusatione opinio hominis grauat. *Archid. in cap. tantis. 85. dist. vbi iudex carcerans iniuste pœnam canonis si quis suadente non effugit. cap. si Clericos. cit. Abb. in cap. cum non ab homine. in fin. de iudic. Genuen. in prax. cap. 34.*

4. Possunt autem etiam laici carcerari à iudice Ecclesiastico in criminibus Ecclesiasticis. *Clem. 1. de heret. Ausfer. de potest. Eccl. in Laic. sub principium.*

5. Et ad capturam carcerandorum, potest uti iudex Ecclesiasticus ministerio laicorum. nec tunc incurrunt laici pœnam excommunicationis capiendo Clericum vel etiam percutiendo si se defendat, vel si aliter apprehendi non possit. *Hofl. in sum. de sent. excomm. num. 4. Ang. v. excommunicatio. 5. nu. 6. Suarez de cens. disp. 22. sect. 1. à num. 40.*

6. Verberum quoque pœna est v̄sitata. *cap. fin. 35. dist. cap. 1. de calumn. cap. vniuersitatis de sent. excomm. Abb. ib. nu. 4.* ipsemet tamen Episcopus abstinere debet ab infligendis verberibus. *c. nō liceat. 86. dist.* Caueri etiā debet ut citra mortis periculum & membrorum lationis verbera infligantur, & citra sanguinis effusionem. *c. in archiepiscopatu. de raptor. si tamen casu succederet sanguinis effusio, non propterea sequeretur irregularitas, cum hæc non inducatur nisi morte vel membri abscissione causata. Diaz loc. cit. cap. 125.*

Abstinere item debet iudex ab huiusmodi pœnis corporalibus, & non nisi in grauisimis culpis illis uti, & facilius contra minores Clericos quam Sacerdotes, ut monet *Archid. in c. vlt. cit. 35. dist.*

7. Huc pertinet quod Clericus pro crimine torqueri potest. *Diaz loc. cit. cap. 217.* dummodo tamen prius habeantur contra ipsum magna & violenta indi-

cia, ad minus per duos testes probata, & quod fuerit infamatus de eo crimine. *Dec. in cap. at si Clerici. num. 113. de iudic. Siman. de cathol. insit. tit. 65. nu. 14.* nā propter testimoniū vnius qui fuit particeps criminis, nemo torquendus est nisi aliquid aliud suffragetur. *Boër. decis. 319.* neque ad vnius testis bonæ famæ si reus etiam habeat adminicula integræ conuersationis: alioquin si fuerit infamatus & suspectus ad vnius testis bonæ famæ relationē torqueri possit, cum hæc faciat semiplenam probationem. *Simanc. loc. cit. num. 25.* Confessio autem extrajudicialiter facta licet regulariter in Clerico non sufficiat ad tonsuram. *Diaz. loc. cit. Ausfer. cit. de potest. Sacul. in Eccl. Reg. 3. fall. 4.* contrariū tamen vsu seruatur, ut refert *Boss. de iudic. num. 103. Genuen. loc. cit. cap. 70. num. 17.* alias manet iudicis arbitrio quando oriatur iudicium ad torturam. *Dec. loc. sup. cit. num. 119.* Ad eandem torturam non posset adhiberi ministeriū laicorum, contrariū tamen vsu seruari dicit *Abb. in c. Vniuersitatis. cit. nu. 5. Ausfer. vbi sup. Suarez loc. sup. cit. nu. 44.*

8. Pœna corporalis quoque est damnatio ad triremes in Italia v̄sitatissima. *de qua Diaz. cit. cap. 135.* Et hac damnati Clerici, si damnentur ad viram degradantur prius: si verò ad tempus, deponuntur tantum verbaliter & utroque casu licitè vapulantur à ministris triremium.

9. Depositionis pœna est qua remouetur Clericus ab altaris ministerio, *de qua in c. at si Clerici. de iud. Abb. ib. nu. 7. Dec. ib. num. 45.* depositio videlicet verbalis quæ fit siue solemnitatibus ut infra, & de hac intelliguntur iura in dubio, cum loquuntur de depositione, quia est mitior. *Abb. cit. in c. ad abolendā. de heret.*  
Nemo

Nemo autem deponi debet nisi in casibus in iure expressis, vel in illis tantum in quibus ius civile imponeret poenam mortis. *Felin. in cap. qualiter. 2. nu. 25. de accusat.* vel est arbitrium iudici quando debeat reportari delictum graue, & quando debeat imponi hæc poena. *Dec. loc. sup. cit. num. 222. & 226.* vbi enim poena non est expressa, semper est iudici arbitraria. *l. 1. S. expilatoris. ff. de affect. DD. in l. sanctio legum. ff. de pœnis. Abb. in Clem. vii. nu. 12. de testam.* Imò hoc tempore omnes poenas iudici esse arbitrarias, ita quod arbitrio suo possit eas augere vel minuere, tenet *Co-uar. lib. 2. var. res. cap. 9. nu. 8. Marant. 4. p. dist. 1. num. 65.*

Sic autem depositi deberent detrudi in Monasterium vt ibi lugeant commissæ. *c. Sacerdos 81. dist. c. omnis vtriusq. de pœnit.* vbi hæc pœna imponitur reuelantibus confessiones. *Abb. ib. nu. 8.* detrusi tamē in Monasteriū debent ali de beneficijs suis, vel si sint pauperes, debent illis prouideri alimenta per Episcopum. *c. de lapsis. 15. quest. 6. Felin. loc. sup. cit. nu. 27.* sed his temporibus hæc detrusio in Monasterium non vsitatur, cum Monasteria tales recipere passim reculent, nec ab Episcopo vt recipiant cogi possunt, cum fere vbi que sint exempti. *Diaz. loc. cit. cap. 128.*

20. Degradatio est alius modus depositionis, quo delinquens deponitur cum solemnitatibus & traditur Curie Sæculari. *cap. degradatio. de pœnis in 6.* ad quam degradationem cū antiquo iure debuerit adhiberi certus numerus Episcoporum, vt in depositione Presbyteri sex Episcopi, in depositione Diaconi tres Episcopi debeant adesse. *cap. felix. 15. q. 7.* pro his tamen temporibus Concil. Trid. *sess. 13. cap. 4. de ref.* pro faciliiori executione huius pœnæ ordinauit, vt

loco Episcoporum adhiberi possint eodidem Abbates vsu mitræ & baculi habentes; vel si & isti eommodè haberi nõ possent, aliæ personæ quæuis graues in dignitate Ecclesiastica constitutæ, & iuris scientia cõmendatæ. Solus aut Episc. degradare non potest, licet solus ordines conferat. *vt notat Abb. in cap. inter corporalia. num. 1. de transl. Episc. Ber-tach. in tract. de Episc. lib. 4. p. 8.*

Pœna huius degradationis infligitur pro hæresi. *c. ad abolendam. de heret. cit. pro crimine falsi. cap. ad falsariorum. de crim. falsi.* quod *Abb. in cit. cap. ad abolendam. num. 11.* restringit ad fallantes literas Apostolicas. Item propter calūniam seu contumeliã illatam Episcopo. *c. si quis Sacerdotum. 11. q. 1. & gl. in c. ad abolendam. cit. v. relinquatur.* Similiter & pro crimine læsæ maiestatis contra Papam commisso, vt in facto iudicatum fuisse refert *Felin. in c. Rodolphus. de rescript. num. 37.*

Non ordinatus celebrans, eadem pœna puniendus est, ex *Ordinatione Clem. VIII. vt sequitur.*

Et si alias se. re. Paulus PP. IV. & infra. Nos igitur animaduertentes huiusmodi perditos & nefarios homines ad sacrum presbyteratus ordinem non promotos missarum celebrationem vsurpare presumentes, non solum actus idolatriæ saltem extrinsecè, seu per externa & visibilia religionis & pietatis signa exercere, sed etiam quantum in ipsis est efficeret, vt Christi fideles qui credunt eos ordinatos esse & ritè conficere Sacramentum Eucharistiæ, idolatriæ crimen ignoranter incurrant, purum videlicet panem & vinum tanquam verum Christi Domini nostri corpus & sanguinem eisdem adorandū proponentes; confessiones autem

autem audientes non solum Sacramenti  
pœnitentiã dignitatem contemnere, verũ  
etiã Christi fideles decipere, dum scilicet  
iniquè sibi assumant gradũ Sacerdotalẽ,  
& authoritatẽ absolue diã peccatis mag-  
no cum periculo & scandalo plurimorũ.  
Propterea vt grauissima hac scelera cõ-  
mittetes post hac debito supplicio puniã-  
tur, motu proprio & ex certa nostra sciẽ-  
tia, ac matura deliberatione, deq; Apost.  
potestatis plenitudine S. Inquisitionis iu-  
dicũ conscientia consulere, & ne in futu-  
rum de pœna hisce delinquentibus impo-  
nenda dubitari possit prouidere volentes,  
supradictorũ Prædeses. nostrorũ vestigijs  
inherentes, hac perpetuo valitur a Const.  
decernimus atq; statuimus, vt quicunq;  
non promotus ad S. Præbyteratus Ordi-  
nem reperi tus fuerit missarum celebrati-  
onem vsurpasse, vel Sacramentalem con-  
fessionẽ audiuisse, à iudicibus S. Inquisiti-  
onis vel locorum Ordinarijs tanquã Ec-  
clesia misericordia indignus à foro Ec-  
clesiastico abijciatur, & ab ordinibus Ec-  
clesiasticis si quos habuerit ritè degra-  
datus, statim Curia Seculari tradatur,  
per Iudices seculares debitũ pœnis ple-  
tendus. &c. Dat. Roma die 1. Decẽb. 1601.

Crimen nefandũ contra naturã eadem  
pœna degradationis & traditionis Cur-  
riæ Sæculari puniri voluit Pius V. cuius  
Constitut. verba refert Nau. in man. c.  
27. nu. 249. cuius declarationem vide.

In delictis item atrocibus pro iudicis  
arbitrio pœnam hanc intelliigi posse tenet  
Diaz loc. sup. cit. & pluries in facto iudi-  
catum fuisse in crimine parricidij & alijs  
testatur ib. c. 27. Nemo tamen degra-  
dari debet nisi directè accusatus & con-  
uictus vel confessus. latè Dec. in c. at si  
Clerici. sup. cit. & præsens. contra ab-  
sentem enim non proceditur ad hanc

pœnam. Innoc. in c. qualiter. 2. de accus.

Exilij pœnæ meminit. c. accedens. 50.  
dist. c. 1. de calum. estq; hæc pœna recepta  
in iure Canonico. Abb. in c. ad audientia  
n. 3. de cri. fals. eamq; Ferre plurimũ cõ-  
ducit vbi delictũ puniendũ cohæret lo-  
co, & vbi loci mutatione leuaretur scã-  
dalũ & occasio iterũ delinquendi crimi-  
noso. c. valet 31. dist. Abb. in c. ex literis. de  
homicid. Diaz loc. cit. c. 136. exilij tamen  
bannũ non extenditur vltra territorium  
indicantis. Felin. in c. postulasti. n. 7. de fo-  
comp. vel vltra Prouinciã si Archiepisco-  
pus banniuit, ille enim ex tota sua Pro-  
uincia bannire potest. c. 2. de arb. c. tuarũ  
de priu. Quarã. v. Archiepif. autoritas. n.  
59. Hæc etiam pœna relaxari potest ex  
causa per iudicẽ. Diaz lo. cit. Potest autẽ  
bannitus priuari beneficijs quæ obtinet,  
præsertim si bannum fuerit perpetuum,  
cum non possit deseruire illis benefi-  
cijs. Rebuff. in prax. de mod. amitt. benef.  
nu. 57. Paris. de resig. lib. 5. q. 6. nu. 93.

Priuationis quoq; pœna est vsitata in  
iudicio Ecclẽ. priuari tamen nemo de-  
bet nisi in casibus in iure expressis. Inn.  
in c. bonæ. de elect. Felin. in c. quarela. n. 1.  
& 2. de iure iur. & in c. ex parte. nu. 2. de  
rescrip. Dec. ib. nu. 12. & si imponatur à  
lege, non intelligitur incurri ipso iure  
nisi lex hoc dicat expressè: in odiosis e-  
nim in dubio cõstitutio semper intelli-  
gi debet vt sit ferendæ sententiæ non lata.  
gl. in c. in pœnis. de Reg. iur. in 6. Abb. in  
cap. ex diligenti. nu. 6. de sim. hancq; do-  
ctrinam esse communem & seruata in  
Rot. restatur Achil. de Grass. decis. 366.

In casibus etiã in quibus priuatur quis  
ipso iure, requiritur sèper sententia iudi-  
cis declaratoria, & ante ipsã nõ tenetur  
quis dimittere beneficiũ. Felin. in c. Ro-  
dulphus. cit. nu. 38. licet possit impetrari  
tale beneficiũ & postmodũ obtineri sen-  
tentia declaratoria. Achil. de Grass. lo. cit.

Causæ aut priuationis in iure expressæ

V v

præci-

14.

15.

16.

principales sunt Crimē Simonix *c. insinuatiū. de Sim.* quod aliquando priuat etiā nō expectata iudicis sentētia vt suo loco dictum est. Concubinatus, si concubinaris monitus, & punitus primo sequestratione partis fructuum, deinde pœna suspensionis ab administratione officij, concubinam nō dimittit *c. sicut. c. si autē. de coh. ab. Cler. & mul. Conc. Trid. sess. 25. c. 14. de ref.* Periurium item punitur pœna priuationis *c. tua nos. c. querelam. de iureiuran.* non tamen hoc intelligitur de quocunq; periurio, vel de non tenente promissum *Felin. in cit. c. querelā. n. 7.* imō signatura non concedit priuationē p periurio, nisi fuerit iudiciale *vt testatur Staph. de lit. grat. tit. de mod. priuan.*

Homicida voluntarius priuari quoq; debet beneficijs. *c. 1. & 2. de Cler. pugn.* non tamen est ipso iure priuatus, sed est priuandus iudicis sententiā. *Abb. in c. cū nostris. de concess. prob. num. 22.* hocque communiter sentire DD. testatur *Felin. in c. inquisitionis. n. 3. de accus.* Et in tantum quidem requiritur iudicis sententia ad huiusmodi priuationem, quod licet lata fuerit sententia condemnatoria de homicidio, si in ea non fiat mentio priuationis expressā, non cēseretur talis homicida priuatus, sed debet exprimi specialiter. *Innoc. in c. qualiter & quando. de accusat. Diaz lo. sup. cit. c. 133.* quia nimirum præsumi posset Episcopū voluisse cum ipso dispensare in retentione beneficij, cum in omnib. casibus quoad retentionem beneficij dispensare possit. *Staph. Diaz. locis cit. Innoc. Abb. in c. ex literis. de Cler. non ord. min.*

Si etiam in sentētia exprimat pœna priuationis & cōdemnatus appellat, durante appellatione non censetur priuatus, & si resignaret interim teneret resignatio, etiam si beneficium iā fuisset impetratum ob priuationem. *c. ex literis. c.*

*fin. de. excess. prol. Ant. de Butr. conf. 48. n. 2. Crescent. decif. 6. nu. 3. de renunc. & hoc pro indubitato practicari in Rota Rom. testatur Genuen. lo. sup. cit. c. 65. n. 18. & Rebuff. lo. sup. cit. n. 52. & 54. Paris. de resig. lib. 3. g. 16. num. 30. Idem dicendum etiam si quis esset damnatus ad perpetuos carceres; sententia enim carceris perpetui non inducit priuationē beneficij, nisi hoc fuerit expressum in sententia; & tanto magis si ab hac sententia fuerit appellatum. *Butr. in c. dudum. 2. n. 11. de elect. Bisign. decif. 5. de renunc. Put. decif. 233. lib. 2. Paris. lo. cit. 11. de prob.* quod collatio beneficij vacantis per priuationem facta antequā sententia priuationis transfisset in rem iudicatam, est nulla; si nimirum fiat intra terminum iuris ad appellandum, etiam si postmodum non appellaretur ab huiusmodi sententia.*

Ultra priuationem autem, homicida puniendus est pœna depositionis verbalis & detractionis in Monasterio ad quinquennium vel septennium. *c. cum non ab homine. de iudic. c. sicut dignū. §. vlt. iun. gl. v. cōsilium. de homicid. c. tua. de pœnis.* vel alias secundum enormitatem facti, & scandali procedere debet iudex, vt in superioribus dictum est.

Priuari demum debet non residens, & se absentans à beneficio requirente residentiam ultra tempus licitum. Priuationem tamen debet præcedere monitio, & deinde pœna censurarum, deinde subtractionis fructuum, ita quod post quolibet terminū pœnæ, expectatur absens ad minus per sex menses. *c. quoniam frequenter. vt lit. non contest.* & demum si pertinaciter adhuc se absentauerit priuandus est. *Conc. Trid. sess. 23. c. 1. de ref.* Et quidem debet citari absens personam liter si scitur vbi sit; si autem nescitur vbi sit

fit, vel de facili conveniri nō potest, potest citari in sua Ecclesia ter succelsiue in quolibet gradu pœnæ *gl. in c. quonia. cit. v. Canonibus. Abb. cons. 67. lib. 1. Felin. in c. consuluit. n. 13. de off. deleg. neq; teneret sententia qua priuaretur non residens non præmissa trina citatione. Abb. lo. cit. vel non seruata forma Concilij. lo. cit. si videlicet non residens nō fuerit primo sequestratione fructuum, censuris, alijsq; iuris medijs ibi expressis antequam priuaretur, pro non residens punitus, ut fuisse decum in Rot. coram Seraphino die 5. Decemb. 1567. in vna Salamatinen. refert Genu. lo. sup. cit. c. 112.*

De pœnis pecuniarijs habes textum. *c. statumus. 16. q. 1. iun. gl. v. biennium. c. venerabilibus. S. denique. de sent. excom. in 6. Conc. Trid. s. ff. 25. c. 3. de ref. & quid de eis tenendum consule Felin. in cap. irr. fragabilis. nu. 6. de off. ord. Pius quoq; v. Conit. sua. incip. ad abolendam. supra alia occasione à nobis relata, pro diuersis criminibus, præsertim pro blasphemijs ibi expressis ordinauit exigi pœnas pecuniarias, ut videre licet in e. Cōst.*

Pœna autem pecuniaria quæ vulgo solet apponi in contractibus, licet de iure exigi possit, ut Felin. in c. 1. de constit. nu. 43. de consuetudine tamen non exigitur, nisi quatenus concurrat interesse. *arg. tex. c. tuam. iun. gl. fin. de pœnis. Anchar. in c. peccatum. de reg. iur. in 6. Nau. in man. c. 23. n. 68. & si apponeretur pro euentu damni, damno non probato, non haberet locum. Dec. cons. 53. num. 10. & cons. 138. nu. 7. & cons. 151. nu. 22. Ias. cons. 9. nu. 8. vol. 1. neque incurritur solo temporis lapsu sine interpellatione. Ver. al. decis. 233. vbi etiam deducit Episcopum & Clericum non posse petere pœnam in contractu appositam, ad quod allegat Ioan. Rim. cons. 253. lib. 2.*

19. Loco pœnæ succedit quoq; purgatio

Canonica, est enim iuramentum oneris. *Abb. in c. 1. n. 4. de purg. Can. & imponitur, cum crimē de quo orta est infamia, non potest probari per testes, neque per alia documenta; alias si posset probari per testes, seu aliquo alio modo, non esset iudicanda purgatio. c. nos inter. tu. cit. Abb. ib. n. 1. nec imponitur quando adest accusator, sed tantum quando Iudex procedit ex officio suo, seu ad instantiam sui Fiscalis. Abb. lo. cit. accusatore autē apparente, purgatio nō imponitur, sed absoluitur simpliciter reus auctore nō probante. Rot. decis. 773. p. 1. diuers. Imponitur quandoq; cum pluribus compurgatoribus iuxta iudicis arbitrium, est enim arbitrium iudicis etiam indicere ipsam purgationem. cit. Abb. in c. iuramentum. S. sane. nu. 5. de iureiuran. & compurgatores sufficit quod iurent de credulitate. cap. quorū. iun. gl. fin. de purg. Can. Abb. ab. nu. 2. Host. lo. sup. cit. quem vide quales esse debeant compurgatores. Deficiens etiam in tali purgatione, habetur pro comicto. Host. lo. cit. Abb. in c. cum P. eo. tit. Felin. in c. accedens. de accusat. & est cōmunis sententia, ut Summistæ, Ang. Sylu. v. purgatio. quos etiam consule, quomodo possit quis accusari de crimine super quo se purgauit. Sed est in rarissimo nunc vsu hæc purgatio, & non nisi ex magna causa adhibenda. aucthores. cit. Diaz. lo. sup. cit. c. 150. & 151.*

Simile autem est huic iuramentum litis decisorium, quod Iudex quandoq; deferre potest in sublimitam probationum, vel etiam pars parti, & si deferatur tenetur pars illud acceptare vel referre offerenti. *l. manifesta. ff. de iureiuran. dummodo tamen à iudice approbetur, alioquin non teneretur illud pars acceptare aut referre. Bart. in l. manifest. cit. & in l. generaliter. C. de reb. cred. & iureiuran. Abb. in c. fin. nu. 4. & sequenti-*

bus de testib. quem consule quomodo possit agi pro periurio ex tali iuramento. vide Marant. de ord. iudic. par. 2. art. 9.

## ARTICVLVS XV. De Appellationibus.

- 1 Appellationis in admissione apud Iudicem ad quem que seruanda.
- 2 Iudex à quo potest procedere in causa, si Iudex ad quem admittit appellationem iuris ordine non seruato.
- 3 Sententia definitiua ab interlocutoria quomodo differat.
- 4 A sententia carceris appellari potest quoad effectum deuolutiuum.
- 5 Iudex non terminans causam intra biennium quando amittat iurisdictionem.
- 6 Decretum S. Cong. Conc. de admittendis appellationibus.
- 7 Appellari non potest in notarijs.
- 8 Appellatio non concedenda in rebus parui momenti.
- 9 In appellatione quando sit exprimenda causa.
- 10 Appellatio in quanto tempore interponenda.
- 11 Appellans Apostolos petere tenetur.
- 12 Iudex qualem terminum prefigere possit appellanti.
- 13 Appellatio extraiudicialis deuoluit causam ad superiorem.
- 14 Sequestrum quando sit concedendum.

**D**iffusam appellationum materiam de qua copiosissimi extant variorum tractatus, pro nostro more in ijs tantum qua circa eas recenter, & maxime post Conc. Trid. fuerant innouata breuiter attingemus.

Vnde primo cit. Conc. sess. 22. c. 7. de ref. ordinauit, vt ab omnibus Legatis Nuncijs S. Sedis Apost. Metropolitanis, alijsq; superioribus Iudicibus Const. Innoc. IV. relata in c. Romana. de appell. in 6. in admittendis appellationibus seruetur. In illa autem Const. ordinatur, vt Archiepiscopus appellationem ab interlocutoria, si in ea causa legitima non exprimitur non admittat: cum appellationem admittit, antequam cognoscatur partibus citatis num fuerit bene appel-

latum vel non, iudicem à quo ne inhibeat quo minus procedere possit in eadem causa, nisi obijciatur appellationem fuisse interpositam à definitiua in casibus iure prohibitis, tunc enim inhiere posset, ne sententia executioni mandetur, antequam de appellatione cognoscat: Itē ne vindicet sibi iurisdictionem in personas non appellantes, nec in appellantes, nisi quoad causam pro qua appellatur; Censuras in aliquem appellantium latas ne reuocet, nisi partibus vocatis, & appellante ab interlocutoria facta cognitione super re appellata, in reliquo remittat ad Iudicem à quo.

Quod si non seruarentur isti termini, videretur quod Iudex à quo non teneretur obedire, & inhibitione non obstante pro-